

Offertorium (Ps. 117, 16-17)

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

Secreta

Hostias tibi, Domine, placionis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Communio (Lc. 4,22)

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

Postcommunio

Quæsumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum...

Offertorio

La destra del Signore ha fatto prodigi, la destra del Signore mi ha esaltato: non morirò, ma vivrò e narrerò le opere del Signore.

Orazione sulle offerte

Offerte di conciliazione, noi Ti offriamo, o Signore, affinché Tu impietosito ci perdoni i nostri peccati e raddrizzi i nostri cuori incerti. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo...

Ant. alla Comunione

Si meravigliavano tutti delle parole che uscivano dalla bocca di Dio.

Orazione

Ti preghiamo, onnipotente Dio, di poter veramente ricevere quella salvezza di cui in questi sacri riti abbiamo avuto il pegno. Per nostro Signore...

Dominica V post Epiphaniam

Introitus (Ps. 96, 7-8)

Adorate Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiae Iudæ. Ps. 96, 1. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. V. Glória Patri...

Oratio

Familiam tuam, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: ut, quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Introito

Adorate Dio, voi tutti Angeli suoi: Sion ha udito e se ne è rallegrata: ed hanno esultato le figlie di Giuda. Sal. Il Signore regna, esulti la terra: si rallegrino le molte genti. V. Gloria al Padre...

Orazione

Custodisci, o Signore, con incessante bontà la tua famiglia; e fa che, appunto perché si appoggia soltanto sulla speranza della grazia celeste, sia sempre munita della tua protezione. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Léctio Epístolæ B. Pauli Ap. ad Colossenses 3,12-17

Fratres: Induite vos sicut electi Dei, sancti, et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exsulet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et commentes vosmetipsos psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per Iesum Christum Dominum nostrum.

Graduale (Ps. 101, 16-17)

Timébunt gentes nómen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. *℟.* Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in maiestáte sua.

Lettera di San Paolo Apostolo ai Colossesi

Fratelli: Rivestitevi dunque, come amati di Dio, santi e diletti, di sentimenti di misericordia, di bontà, di umiltà, di mansuetudine, di pazienza; sopportandovi a vicenda e perdonandovi scambievolmente, se qualcuno abbia di che lamentarsi nei riguardi degli altri. Come il Signore vi ha perdonato, così fate anche voi. Al di sopra di tutto poi vi sia la carità, che è il vincolo di perfezione. E la pace di Cristo regni nei vostri cuori, perché ad essa siete stati chiamati in un solo corpo. E siate riconoscenti! La parola di Cristo dimori tra voi abbondantemente; ammaestratevi e ammonitevi con ogni sapienza, cantando a Dio di cuore e con gratitudine salmi, inni e cantici spirituali. E tutto quello che fate in parole ed opere, tutto si compia nel nome del Signore Gesù, rendendo per mezzo di lui grazie a Dio Padre.

Graduale

Le genti temeranno il tuo nome, o Signore: tutti i re della terra la tua gloria. *℟.* Poiché il Signore ha edificato Sion: e si è mostrato nella sua potenza.

Allelúia, allelúia. Dóminus regnávít, exsúltet terra: laetentur ínsulæ multæ. *Allelúia.*

Sequéntia S. Evangéllii secundum Matthaéum 13,24-30

In illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Alleluia, alleluia. Il Signore regna, esulti la terra: si rallegrino le molte genti. *Alleluia.*

Dal Vangelo secondo Matteo

In quel tempo: Gesù raccontò alla folla questa parabola: "Il regno dei cieli si può paragonare a un uomo che ha seminato del buon seme nel suo campo. Ma mentre tutti dormivano venne il suo nemico, seminò zizzania in mezzo al grano e se ne andò. Quando poi la messe fiorì e fece frutto, ecco apparve anche la zizzania. Allora i servi andarono dal padrone di casa e gli dissero: Padrone, non hai seminato del buon seme nel tuo campo? Da dove viene dunque la zizania? Ed egli rispose loro: Un nemico ha fatto questo. E i servi gli dissero: Vuoi dunque che andiamo a raccoglierla? No, rispose, perché non succeda che, cogliendo la zizzania, con essa sradichiate anche il grano. Lasciate che l'una e l'altro crescano insieme fino alla mietitura e al momento della mietitura dirò ai mietitori: Cogliete prima la zizania e legatela in fascelli per bruciarla; il grano invece riponetelo nel mio granaio".